Quelle: https://manuscripta.at/?ID=26078
Copyright: Admont, Benediktinerstift

de eis. In quos autem cum quib; reputatus est marcus euangelista latro
nes intellegit scribens. et crucifixerunt cum eo duos latrones
unum a dextris et alterum a sinistris. et impleta est scriptura q̃
dicit. et cum iniquis reputatus est. Quod et altius intellegi potest
dicente de semet ipso dno. Reputatus sum cum descendentibus in la
cum factus sum sicut homo sine adiutorio inter mortuos liber. Vere
enim reputatus est inter iniquos et peccatores ut descenderet ad
infernum q̃ in multis scripturarum locis uocat lacus. ut uinctos
in carcere liberaret, q̃ traditus est propter peccata nra uulne
ratus. et resurrexit propter iustificationem nram. tantaq; cle
mentia fuit. ut pro transgressoribus immo pro persecutoribus suis ro
garet in cruce et diceret. Pater ignosce eis qd enim faciunt nes
CIVIT. Explicit liber quartus decimus.

Cap. 54 Crebro custoc Incipit eusebii lib quintus decimus.
Cum diuersis me nouimus aptos et euangelistas ubicunq; de
ueteri instrumento ponunt testimonia si inter hebraicum et
lxx. nulla diuersitas sit ut suis t. lxx. interpretum uerbis ut
solitos. sin autem alter in hebraico alter in ueteri editione sen
sus est hebraicum magis quam lxx. interpretes seq. Denique ut nos
multa ostendimus posuisse eos ex hebreo q̃ in lxx. non haben
tur. sic emuli nri doceant assumpta aliqua de lxx. testi
monia q̃ non sint ex hebreorum libris. et finita contentio est. hoc
diximus q̃a presens capitulum cum insensu unum sit in uerbis
discrepat. cuius ex planatione quintus post decimum in esa
ia liber incipit. Lauda sterilis q̃ non paris. decanta lau
de et hinni q̃ non pariebas. quo plures filii deserte magis
quam ei q̃ habebat uirum dicit dns. lxx. Letare sterilis q̃ non
paris. erumpe et clama q̃ non parturis. q̃a plures filii deserte ma
gis quam eis q̃ habebat uirum. Simmachus hunc locum int
pretatus est ita. letare sterilis q̃ non peperisti. gaude in exulta